

Foliorum Sennæ mundatorum, } ana
 Hellebori nigri, } uncias duas.
 Agarici, } unciam unam.
 Conquassatis affunde Aquæ pluvialis, quantitatem
 sufficientem.

Macerentur per biduum. Deinde fiat ebullitio
 & colatura cum expressione. Decoctum per aliquod
 tempus repositum decantetur. Vapores Balneo Ma-
 ris ad spissioris syrupi consistentiam. Tum adde

Resinæ Scammonii Alepensis pulverati un-
 ciam unam.

Extracti Aloes, uncias duas.

Specierum Diarrhodon Abbatis, unciam unam

Inspissentur, Balneo Maris, ad justam Extracti
 consistentiam.

 JURA ET GELATINAE.

 Jus viperinum.

Rx. Viperam vivam, capite & cauda resectis, pel-
 le nudatam & exenteratam, sanguine, corde & he-
 pate servatis. Seca in partes. Coque vase clauso,
 Balneo Maris, per tres quatuorve horas in Aquæ
 communis, unciis duodecim. Cola.

Eodem modo parantur etiam.

Juscula cum Cancris fluviatilibus,

Pullo Gallinaceo,

Carne Testudinum,

Vitulina, &c.

His Juribus pro rei necessitate variæ plantæ & ra-
 dices addantur.

Gelatina viperarum.

Rx. Viperas vivas pelle recens nudatas, exentera-

ras, quot volueris. Seca in partes. Mitte in ollam fictilem vitratam, operculo clausam, ut artis est. Coquantur igne lento in Aquæ sufficienti quantitate per quinque circiter horas. Calens Decoctum coletur cum expressione forti. Clarificetur & vaporet Balneo Maris. Repone in loco frigido, ut in Gelatinam concreascit.

Gelatina cornu cervi.

R. Rasuræ Cornu Cervi, semilibram. Aquæ purissimæ, libras sex.

Vase cooperto coque secundum artem, Balneo Maris, in vase Stanneo, circiter ad medias, plus vel minus habita ratione tempestatis. Cola & fortiter exprime. Colaturam clarifica ex ovi albumine cum

Sacchari,

Vini albi,

ana

} circiter unciis quatuor.

Aromatiza flavedine Citrei recentis. Repone in loco frigido, ut in Gelatinam concreascit.

Gelatina cydoniorum.

R. Cydoniorum integrorum maturefcentium, libras sex. In frustra concide. Bulliant in Aquæ, libris quindecim ad dimidiæ partis consumptionem.

Colaturam clarifica ex ovi albumine cum Sacchari, libris quinque. Coque leni igne, & repone in loco frigido, ut in Gelatinam concreascit.

Simili modo parari potest.

Gelatina Pomorum, &c.

